

PROPRIO DE LA MISA LOS SIETE HERMANOS

Mártires

SANTA RUFINA Y SANTA SEGUNDA

Virgenes y mártires

10 de Julio - Fiesta clase 3.^a - Rojo

Salmo 112.1,9,2 INTROITO

LAUDÁTE, púeri, Dóminum, laudáte nomen Dómini: qui habitáre facit stérilem in domo, matrem filiórum lætántem. Ps. Sit nomen Dómini benedíctum: ex hoc nunc, et usque in sæculum. V̄. Gloria Patri.

Alabad, servidores del Señor, alabad el nombre del Señor, que hace morar en casa a la estéril, madre feliz de numerosos hijos. Salmo. Bendito sea el nombre del Señor desde ahora para siempre. V̄. Gloria al Padre.

COLECTA

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus Per Dóminum.

A los gloriosos mártires, cuya intrepidez en la confesión de su fe hemos conocido, sintámoslos también, Dios omnipotente, ardorosos en su intercesión por nosotros cerca de ti. Por nuestro Señor Jesucristo.

Proverbios 31.10-31 EPÍSTOLA

MULIEREM fortem quis inveniet? Procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, et non malum omnibus diebus vitæ suæ. Quæsivit lanam ei linum, et operata est consilio manu-um suarum. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, et emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum. Gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus: non exstinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, et

Quién hallará una mujer fuerte? Su precio es, con mucho, mayor que el de las perlas. Confie en ella el corazón de su marido, que no le faltarán ganancias. Ella le acarrea el bienestar y no la desgracia, todos los días de su vida. Busca lana y lino, y trabaja con la habilidad de sus manos. Es como nave de comerciante, que trae viveres de lejos. Se levanta cuando aún es de noche y distribuye la comida a su casa y la tarea a sus criadas. Pone su mira en unas tierras, y las compra; del fruto de sus manos planta una Cíne vigorosamente sus lomos y arma de vigor sus brazos. Comprueba que marcha bien su negocio ; no se apaga su lámpara de noche. Aplica sus manos a la rueca y sus dedos manejan el huso. Abre sus

digiti ejus apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Chananaeo. Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ, et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, et beatissimam prædicaverunt: vir ejus, et laudavit eam. Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera ejus.

Salmo 123.7-8

ANIMA nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium. *V̄*. Láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus: adjutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum et terram.

ALLELÚIA, allelúia. *V̄*. Hæc est véra fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secúta est, inclyta tenens regna cœlestia. Allelúia.

Mateo 12.46-50

IN illo témpore: Loquente Jesu ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, et fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respóndens dicenti sibi, ait: Quæ est mater Mea, et qui sunt fratres Mei? Et exténdens manum in discipulos Suos

brazos al desdichado y tiende su mano al indigente. No teme para su casa las nieves, porque todos traen vestidos forrados. Hácese ella sus cobertores y se viste de lino y púrpura. Su esposo es respetado a las puertas de la ciudad, cuando se sienta entre los ancianos del país. Ella teje finas telas y las vende y proporciona cefidores al mercader. La fortaleza y la gracia son sus avlós; y sonde al porvenir. Abre su boca con prudencia y la buena palabra esta sobre su lengua. Vigila la marcha de su casa y no come ociosa el pan. Levántanse sus hijos para aclamarla dichosa; su marido la alaba diciendo: Muchas mujeres se han mostrado valientes, pero tú aventajas a todas. Engañosa es la gracia y vana la hermosura; la mujer que teme al Señor, ésa es digna de alabanza. Dadle del fruto de sus manos, y sean sus obras las que hagan su elogio a las puertas de la ciudad.

GRADUAL

Nuestra alma escapó, cual pájaro, del lazo de los cazadores. *V̄*. Se ha roto el lazo, y nosotros hemos sido liberados; nuestro socorro es el nombre del Señor, que ha hecho el cielo y la tierra.

ALELUYA

Alaluya, alaluya. *V̄*. Ésta es la verdadera hermandad, que ha triunfado de los pecados del mundo. Ha seguido a Cristo; posee la gloria del reino celestial. Alaluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Hablando Jesús aún a las turbas, su madre y sus hermanos estaban fuera buscando hablarle. Alguien le dijo: Mira, tu madre y tus hermanos están fuera y te buscan. Pero él respondió al que le hablaba: ¿Quién es mi madre y quiénes son mis hermanos? Y extendiendo su mano hacia sus discipulos, dijo: He aquí a

dixit: Ecce mater Mea, et fratres Mei. Quicúmque enim fécerit voluntátem Patris Mei, Qui in Cœlis est: ipse Meus frater, et soror, et mater est.

Salmo 123.7

ANIMA nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium. Láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus.

SACRIFICIIS præsentibus, quæsumus, Dómine, inténde placátus: et, intercedéntibus Sanctis tuis, devotióni nostræ proficiant, et salúti. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos Tibi simper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem Tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, Cœli, Cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Mateo 12.50

QUICÚMQUE enim fécerit voluntátem Patris Mei, Qui in Cœlis est: ipse Meus frater, et soror, et mater est.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus: ut intercedéntibus Sanctis tuis, illius salutáris capiámus effectum: cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

mi madre y a mis hermanos. Porque quien hace la voluntad de mi Padre que está en los cielos, ése es mi hermano, mi hermana y mi madre.

OFERTORIO

Nuestra alma ha escapado como pájaro, del lazo de los cazadores; el lazo se ha roto y hemos sido liberados.

SECRETA

Mira, Señor, aplacado el presente sacrificio; y por la intercesión de tus santos, haz que aproveche a nuestra fidelidad y a nuestra salvación. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

El que hace la voluntad de mi Padre, que está en los cielos, ése es mi hermano, mi hermana y mi madre; lo dice el Señor.

POSCOMUNIÓN

Te suplicamos, Dios omnipotente, que por la intercesión de tus santos nos hagamos partícipes de los frutos de aquella salvación, cuya prenda hemos recibido en estos misterios. Por nuestro Señor Jesucristo.